



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1663**

S. Ludovicus Rex C. 25. Augusti.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41940**

534 VITÆ SANCTORUM. 25. Aug.  
stianum se esse. Tum enim verò in furo-  
rem abire ille, palam fassus sanguinem  
se gestire bibere GENESI. Et dedit  
hic sanguinem ex equuleo pendens, fer-  
reisque uncis lacer & tædis ustulatus.  
Iamque ultimus actus è fabulâ restabat.  
Hunc more jam apud Martyres recepto  
mors gladio absolvit. Et nimis luxit  
tunc Roma delicias amissas. at Superi  
tunc primum Mimo etiam ipsi adride-  
bant. Ex Surio & Baron.

Cesset vitiorum pruritus pestifer, dis-  
cutiatur à sensibus caligo, tota pompa secul-  
laris, abiciatur à mentibus mundana cu-  
piditatis illusio; appetatur paupertas Chri-  
sti, sanctitas animæ custodiatur, ut ima-  
go Creatoris nostri portetur & clarescat in  
nobis. S. Pet. Chrys. serm. 117.

S. LUDOVICUS REX C.

25. Augusti.

V Itam omnem L U D O V I C I noveris,  
si leges noveris, quas sibi primò, tum  
deinde filio dixit. Harum capita habe.  
I. Deum præ omnibus amato. II. Pec-  
catum mortiferum ceu anguem fugito.  
III. Adversis ne deprimitor. IV. neve  
prosperis extollitor. V. Animæ plagas  
spirituali medico crebrò nudato, & me-  
dicinam quamvis asperam nullam respui-  
to. VI. In precandi studio assiduus esto.  
VII. A-

23. Aug. VITÆ SANCTORUM. 535  
VII. Animum in miseris pium & libera-  
lem gerito. VIII. Cùm animo male est,  
in consilium quām mox virum bonum  
adhibeto. IX. Boni tibi nunquām non  
absunto , mali semper exsunto. X. Bo-  
num omne amplectitor, malum omne  
detestator. XI. de Deo loquentibus au-  
res lubenter dato. XII. obtrectationi-  
bus verò obserato. XIII. Deum Divos-  
que impunè , te Rege , nulli laceſſunto.  
XIV. Gratus Deo in primis , sed & ho-  
minibus esse momento. XV. Pro tribu-  
nali æquus esto , & pauperum queri-  
monias ne negligito. XVI. In cauſā  
tuā , dum res non liquet , contra te statu-  
XVII. Aliena ocyūs restituito. Clero &  
Religiosis pro ſcuto esto. XVIII. Paren-  
tibus amore in deferto. XIX. Bella si con-  
tra Principes Christianos gerere necessi-  
tas fuadet , ſacris parcito. XX. Lites pro  
virili dirimoto. XXI. In Magistratus fe-  
dulò inquirito. XXII. Pont. Max. ut par-  
eſt , reveretor. XXIII. Impenſe mode-  
ſiam ne excedunco. XXIV. Pro me , ubi  
obiero , ſacra fieri curato. Ex Surig.

*Amat Deus disciplinam ; perverſa au-  
tem & falſa innocentia eſt , laxare habenās  
peccatis. Valde pernicioſe ſentit filius pa-  
triſ lenitatem , ut justē poſteā ſentiat Dei ſe-  
veritatem , & hoc non ſolus , ſed cum diſſo-  
luto patre ſuo. S. Augustinus ſup. Ps. 30.*

L 1 4

SS. I-